



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

37 Ecclesiarum substantia per filios solet periclitari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cum, cum scirent, hoc esse proprium pastoris, non solum spiritualia gregi ministrare; id quod potissimum est; sed egenibus ea etiam, quæ ad vitæ usus necessaria sunt, providere, curam pauperum habere voluerunt, ut discant Episcopi animarum, & corporum pastores, si fortè pauperes in Diocesi sua non habent, aut superest, eorum necessitati, alienis etiam pauperibus opitulari, aut etiam, si ex Diocesi sua ad usus suorum pauperum, quantum satis sit, colligere non possunt, ut aliunde quaerant, quia cura pauperibus subveniendi communis esse debet, sicut Paulus ex ecclesiis Galatiæ ad pauperes Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis mittebat, ut 1. Corinth: cap: 16, & Navarr: in tract: de red: ec-
 37 cl: d: 3, n: 10. † Nana, quia per filios solent Ecclesiarum substantia periclitari, cap: de Syracusana, 28. dist: & Episcopi solent esse cæci circa nepotes, secundum gloss: in cap: pervenit, 1, q: 3, & Concil: Trid: c. 1, sess. 4.
 25, de resor. habens filios, vel nepotes etiam legitimos, † in Episcopum non est eligendus, authen. quom. op. Epi. §. 1. colum. 1, & hoc locum nepotum nomine filii filiorum, non autem fratrum, aut sororum filii vocantur, l. jurisconsultus. ff. de grad. cogn. & Abb. in cap. 1, de test. num. 2, facit cap. catinensis, 61, dist: & cap: priusquam, 28. dist: & non posse de jure communi habens filios, vel nepotes eligi in Episcopum, nisi

dispensative, tenet Innoc. in d: c. 1, de t. st. quem sequitur Abb. ibi num 2. & Navarr: in com: de spol. cleric: §. 12, num. 2. ubi dicunt hanc opinionem juri scripto esse magis consonam, licet † contrarium disponat, cap. Episcopus, qui filios, 12, q. 2, & contraria viguerit consuetudo, quapropter multi Episcopi habentes filios, à Sede Apostolica ad Episcopatus fuerunt promoti, ex opin. Host. quæ communiter est recepta, ut testatur Navarr. d: num 2, & secundum antiqua tempora, quando ecclesiæ erant pauperes, hoc licebat, cap. sicut, §. necesse 47. dist: & Innoc. in d. c. 1, in fin. de test. & puto maxime decere, si nec ad parochiales ecclesias obtinendas qui filios
 40 habent, admittentur, † quia filius est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris, cap. priusquam, in fi. & cap. proposuisti, circa princ. & ibi gloss, in ver. filii, 28. dist: &

Patres enim † frontem habere non possunt alios de incontinentia redarguendi, dicto cap. sicut, ver. habentes, 47. dist: nec propterea filii in ecclesiis, in quibus patres eorum sunt instituti, vel quæ morte parentum immediate vacarunt, beneficia obtinere possunt, capitulo presentium, capitulo ad presentiam, capitulo quoniam, cap. cum decorem, & ca. ad abolendam, de fil. presbyt.

